

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Amicitia o
cum fonte primo

Si quid uicii in amico
cognoueris, corripe occulte;
si non audierit, corripe palam.

Errantem amicum corripere,
in corrigentem animo deseras.

Ambrosius ibidem (libro III.) de officiis.

Sane si necesse sit dicere testimonium,
si quid in amico uitii
cognouerit, corripere occulte;
si non audierit, corripere palam.

Sunt enim bonae correptiones
et plerumque meliores quam tacita
amicitia. Et si laedi se putet amicus,
tu tamen corripere; et si amaritudo
correptionis animum eius uulneret,
tu tamen corripere; ne uerearis:

*Tolerabilia sunt enim amici
uulnera quam adulantum oscula.*

Errantem igitur amicum corripere,
innocentem amicum ne deseras.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*,
3.22.128 (CCSL 15, M. Testard ed.,
p.201, ll.16-23).